& alius instanter suarum propossibilitate uirium praedicaret;
Multa quoq; alia de religione sc̄itatis & fidei ueritate. profert.
sc̄iscitando. Ita ut omnem pene diem pariter conloquendo alter-
natim ducerent. & ad extremum qualiter populi per deuia prius
facinorum oberrantes. fidei documenta sua praedicatione perci-
perent sc̄iscitatus est. & cum pro certo comperisset. quod maxima
quidem multitudinem plebis. a sacrilega daemonum cultura. ad con-
sortium sc̄ae ecclesiae adsc̄isceret. Intimauit quippe ei quia episco-
patus sibi imponere gradum uoluisset. populisq; pastorali prius
solicitudine priuatis. Et iuxta sententiam d̄ni d̄i nr̄i iacentib;
sicut oues non habentes pastorem praeferre. Sed quia contra di-
cere huic tanto pontifici apostolicae sedis praelato non auderet.
consentit etiam & oboediuit; Sicq; summus sc̄ae auctoritatis pon-
tifex. diem constituit ordinationis. id est pridie kalendarum de-
cembrium. Cumq; sc̄is sacrae sollemnitatis dies. & natalicius sc̄i
andreae. & praefatae ordinationis inluxisset. Iam sacer sedis
apostolicae pontifex. episcopatus sibi & nominis quod est bonifatius
imposuit dignitatem. Et q; libellum in quo sacratissima ecclesi-
asticae constitutionis iura pontificalibus sunt digesta conuentibus
accommodauit. & ut ex hoc inconuulsa apud se pontificalis hic
disciplinatae institutionis ordo p̄maneret. populiq; subiecti huius
uuantur exemplis imperauit. Sed & familiaritatem sc̄ae sedis
apostolicae. tam sibi quam omnibus sibi subiectis. ex hoc inficturum
condonauit. & carli ducis gloriosi suis sacratissimis litteris.

12
regni munimine ac deuotione sem hunc uirum episcopatus
gradu polletem sub iugauit, Quiq. etiam dum per longos uiarū
anfractus. Ingentium populorum ad usq. confinia. lam quide
ad praesatum francorum principem uenit. & uenerabiliter
ab eo susceptus. litteras praedicti romani pontificis. rediq. apo
ptolicae carlo duci detulit. Eiusq. dominio ac patrocinio sub
iectus. ad obsessas antea hessorum metas cum consensu carli
ducis rediit, Tum uero hessorum iam multa catholica fide subditq.
ac septiformis sps gratia confirmati. manus impositionem acceper;
Et alii quidem nondum animo confortati. Intemeratae fidei docu
menta. Integre percipere re-nuerunt; Alii etiam lignis & fontib;
clanculo. alii autem aperte sacrificabant; Alii uero aruspicia
& diuinationes. praestigia atq. incantationes occulte. alii quide
manifeste exercebant; Alii quippe auguria & auspicia inten
debant. diuersosq. sacrificandi ritus incoluerunt; Alii etiam
quibus mens sanior inerat. omnia abiecta gentilitatis p fanati
one. nihil horum commiserunt. Quorum consultu atq. consilio
roborem quandam mirae magnitudinis. qui prisco paganorū
uocabulo appellatur robor iouis. In loco qui dicitur gaermerae
seruis dī secum adstantibus succidere temptauit; Cumq. mentis
constantia confortatus arborem succidisset. magna quippe ad
erat copia paganorum. qui & inimicum deorum suorum intra se
diligentissime deuotabant; sed admodicum quidem arbore prae
cisa. confestim immensa roboris moles. diuino desuper flatu
exagritatur. & palmitum confracto culmine corruit. & quasi su
perni nutu. solaciū inquattuor etiam partes disrupta est. &
quattuor ingentis magnitudinis aequali longitudine trunci. absq.
fratrum labore adstantium apparuerunt; Quo uiso prius deuo
tantes pagani etiam uersa uice. benedictionem dno pristina abiecta
maledictione credentes reddiderunt. Tunc autem summae scitatis
antistes. consilio iuncto cum fratribus. ligneum exsupradictae arbo
ris metallo oratorium construxit. illudq. in honore sci petri
apostoli dedicauit; atq. uniuersis quae praediximus completis &
superno suffragante nutu p actis. ad thuringeum pfecto pfectus:

Et seniores plebis populiq; principes affatus est. eosq; relicta
ignorantiae cœtate. ad ceptam dudum xp̄ianitatis religionem.
iterando prouocauit. Quia facessante suorum regum domino
Magna quidem eorum comitum multitudo. sub theodaldi & he-
deneri periculoso primatu. qui lugubre super eos tyrannici ducatus.
& infestum uastationis. potius quam deuotionis obtinebant im-
perium. uel corporali pereos praeuenta morte. t̄ hostili siquidem
educatione captiuata est. Intantumq; diuersis constricta malis. ut
cetra quae manebat residua populi turba. saxonum se subiceret
principatui. Quō cessante religiosorum ducum dominatu. cessa-
uit etiam in eis xp̄ianitatis & religionis intentio. & falsi sedu-
centes populum. introducti sunt fratres. qui sub nomine religionis
maximam hereticae prauitatis introduxerunt sectam. Ex quibus
est. trohtuune. & berthere. eanbercht. & hunraed. fornicato-
res & adulteri. quos iuxta apostolum iudicauit d̄s. Qui ualidis-
simum aduersus hominem d̄i excitauerat conflictum. Sed ueris
uerborum oppositionibus confutati. dignam recompensationis
sortiti sunt sententiam. Cumq; renouatus per populum fidei in-
luxisset candor. & plebs ab ingenti erroris erepta esset laqueo.
Iam expulsis profani hostis amicis. et infestis populi supradictis se-
ductoribus. messem quidem multam. cum paucis admodum messorib;
Incoluit. & magnam primitiui mundi huius penuriam ac fruga-
litatem sustinuit. Magnisq; tribulationum angustiis coartatus.
uerbi d̄i ^{sermone} propagauit. Sed cum credentium pollesceret & multitudo.
praedicatorum quoq; multiplicatus esset catalogus. Tunc etiam
ecclesiae repente instaurantur. & praedicatio eius doctrinae
multi formiter emanauit. monasteriumq; congregata seruorum
d̄i unitate. & monachorum summa sc̄itate constructum est. in loco
quid dicitur orthorpf. qui propriis sibi more apostolico manibus
usctum. uestitumq; instanter laborando adquisierunt. Sicq; ru-
mor sc̄ae praedicationis eius diffamatus est. Intantumq; inole-
uit. ut per maximam iam europae partem. fama eius perfirepe-
ret. & britaniae partibus seruorum d̄i plurima ad eum tam lec-
torum quam etiam scriptorum. aliarumq; astum eruditorum

uirorum. congregationis. ^{con} uenerat multitudo; Quorum quippe
 quam plurimi regulari se eius institutione subdidērunt. popu-
 lumq. aberrata gentilitatis profanatione plurimis in locis e-
 uocauēre; Et alii quidem in prouincia hessorum. alii etiam in
 thiringea dispersi. late per populum. pagos ac uicos uerbum
 dī praedicabant; Cumq. ingens utriusq. populi multitudo. fidei
 sacramenta multis milibus hominum baptizatos perciperent.
 iam defuncto beatae memoriae gregorio secundo. sedis aposto-
 licae papa. et glorioso praefatae sedis gregorio iuniore apos-
 tolici culminis. cathedra praesidente; Denuo romam nuntii eius
 uenerunt. sc̄m q. sedis apostolicae pontificem allocuti sunt.
 Eiq. prioris amicitiae foedera. quae misericorditer ab anteces-
 sore suo sc̄o bonifatio eiusq. familiae conlata sunt. manifesta
 uerunt; Sed & deuotam eius in futurum humilitatis apostolicae sedi
 subiectionem narrauerunt; Et ut familiaritati ac communioni
 sc̄i pontificis atq. totius sedis apostolicae. ex hoc deuote sub-
 iectus communicare. quemadmodum edocti erant ꝑcabantur;
 Statim ergo sc̄s sedis apostolicae papa. pacificum ꝑfert
 responsum. & suam sedisq. apostolicae familiaritatis & amicitiae
 communionem. tam sc̄o bonifatio. quam etiam sibi subiectis con-
 donauit; Sumptoq. archiepiscopatus pallio. cum muneribus
 diuersisq. sc̄orum reliquiis. legatos honorifice remisit ad pa-
 triam; Aduenientibus ^{ergo} igitur nuntiis. ac spontanea uiri a-
 postolici referentibus responsa. iam gratulabundus aposto-
 licae sedis. nimium confortatus deuotionis suffragio. opeq.
 diuinae misericordiae inspiratus. duas uidelicet ecclesias dño
 fabricauit; unam quippe in friderlare. quam in honore sc̄i petri
 principis apostolorum consecrauit. & alteram in hamanaburg.
 hanc etiam in honore sc̄i michahelis archangeli dedicauit;
 Duo quoq. monasteriola duabus iniunxit ecclesiis. hisq. non
 minimam ^{de} seruentium dō multitudinem subrogauit. ita
 ut usq. hodie gloria & benedictio & gratiarum actio dño dō
 deuote conferatur; hisq. omnibus rite confectis. baguariorum
 temporibus hugoberti ducis adit terras. praedicationisq.

studium apud eos diligentissime exercuit. & multas consideran-
do circuit ecclesias. tantoq. diuinae fortitudinis zelo armatus.
ut quendam quidem scismaticum. heretica prauitate deceptione
nomine eremuulfum. iuxta canonum decreta damnauit atque
abiecit. Et populum aperuersa sectae eius idolatria correxit.
Et ad fratres sub suae dioceseon gubernationis constitutos rursus
migravit. iuxta illud apostoly. Cupiditatem habens ueniendi ad fr̄s.

Qualiter expulsis hereticis baguariorum prouinciam

In quattuor diuidit parrochias;

Item huius uiri aliquanti pp̄ in scriptis
documenta excerpsumus. ut quanto se religionis regimine.
per cunctos aetatis suae gradus indefinenter rexerit. breui
uidelicet proferamus sermone. Quo quidem diutinus sc̄oru
usus est. ut cotidie aliorum per exempla ad meliora se pro-
uehant. et decrescente dierum calculo. crescat in eis etiam in-
timi uirtus amoris. Cumq. ecclesiarum esset non minima inhaesit
& in thuringea multitudo extructa. & singulis singuli praeui-
derentur custodes. Tum etiam tertio propter familiarem sci apo-
tolici pontificis. totiusq. clericatus communionem. discipulorum comi-
tante coetu. romam uenit. ut apostolici uidelicet patris salubri
frueretur conloquio. & sc̄orum se iam aetate prouectus orationibus
commendaret. Ast ubi post immensam itineris uastitatem. domino
apostolico gregorio iuniore secundo praesentabatur. benigne sur-
ceptus est ab eo. tantaq. acunctis tam romanis. quam etiam aduenis
ueneratione habebatur. ut multi ad salutarem eius doctrinam
confluerent. Francorum enim et baguariorum. nec non ex bri-
tania aduenientium saxonum. aliarumq. prouinciarum. Ingens
sedulo eius ammonitione adherebat multitudo. Cumq. non minimū
anni spatium in his moraretur regionis. & sc̄orum per agrando
atque orando circuisset reliquias. tunc quippe resalutato uene-
rando uiro. ac sedis apostolicae uiro pontifice. cum muneribus
& reliquis sc̄orum honorifice ditatus remeauit. Italiamq. per-
ueniens ticēnae urbis ingressus est moenia. & apud honorandū
longobardorum liodbrandum regem. iam senio fessis membris

requiescebat. Et recedens non solum inuitatus baguariorum ab
 odilone ducē. sed et spontaneus uisitauit incolas. mansitq. apud
 eos diebus multis. praedicans & euangelizans uerbum di.
 uerae q. fidei ac religionis sacramenta renouauit. & destructorer
 ecclesiarum populi q. per uersores abigebat. Quorum alii pridem
 falso se episcopatus gradu praetulerunt. Alii ^{etiam} presbiteratus se
 officio deputabant. Aliā haec atque alia innumerabilia fingentes.
 magna ex parte populum seduxerunt. Sed quia sc̄s uir iam dō
 ab infantia deditus. iniuriam dñi sui non ferens. Supradictum ducē
 cunctamq. uulgur ab iniusta hereticae falsitatis secta. & forni
 caria sacerdotum deceptione cohercuit. Et prouinciam baguariorū
 odilone ducē consentiente. in.iiii. diuisit parrochias. quattuorq.
 his praesidēre fecit episcopos. quos ordinatione scilicet facta
 in episcopatus gradum subleuauit. Quorum primus nomine iohan
 nes ecclesiae in oppido quod dicitur saltburg episcopatus cathe
 dram suscepit. Secundus enim berht. qui frisingensi ecclesiae
 super speculatoris tenuit principatum. Tertius gaibald. qui
 ecclesiae ciuitatis reginae pastorale excubitoris subit magisteriū.
 Cumq. omnia confirmato xp̄ianitatis ordine rite agerentur.
 & canonum essent iura in baguariis recuperata. iam ad proprias
 remeando redit ecclesias. populiq. sibi commissi curam gerens
 caulasq. gregum circumspiciens. & excubias plebis prouidens.
 oues anefandis luporum morsibus eripuit. Cumq. carli ducis
 gloriosi temporale finitum esset regnum. & filiorum eius carlo
 manni. & pippini roboratum esset Imperium. Tunc quippe
 dño dō opitulante ac suggerente sc̄o bonifatio archiepiscopo.
 religionis xp̄ianae confirmatum est testamentum. & ortho
 doxorum patrum. synodalia sunt in francis correcta instituta.
 cunctaq. canonum auctoritate emendata atq. expiata. Et tam
 laicorum in iusta concubinarum copula partim & hortante sc̄o
 uiro separata est. quam etiam clericorum nefanda cum uxorib;
 coniunctio seiuncta ac segregata. Tantusq. in supradictis ducibus
 diuināe caritatis per doctrinam sc̄i bonifati feruor & arsit. ut
 plebem quidem aperuersā inolitae consuetudinis censura multū

14 v
Liberarent, qua proprio implicata arbitrio. & hereticorum
decepta suggestionem. Ius aeternae hereditatis amiserat, adeo
enim spiritalis in populo doctrinae lucem. hereticorum. suffocave-
rat secta. ut tenebrosa hereticae deceptionis caligo. magnam siqui-
dem plebis obtexerit partem; Ex quibus quidem aeldebercht
et clemens. a via ueritatis populum profana pecuniarum
cupiditate seducti iugi auerterent studio, sed a scō bonifatio
archiepiscopo. consentientibus carlamanno & pippino. glo-
riosi ducibus ab ecclesiae unitate expulsi. Iuxta apostolum
traditi sunt satanae in interitū carnis. ut sp̄ saluus fiat in die dñi...

*Quomodo sinodalia iura in synodis sepius celebrantur
ad fresiam predicaturus prexit & ibi martyrizatus ē;*

Constitutis in unum episcopis. ccc p̄p̄-
biteris. diaconibus. atque clericis. omniq. gradu ecclē-
tico. quos inclitae recordationis carlomannus dux subregni
sui imperio adsciscere fecit. quater sinodale factum est con-
cilium. In quo bonifatus archiepiscopus magontiae ciuitatis.
ipso carlomanno consentiente ac donante pontificatu prae-
sident. romanae ecclesiae sedisq. apostolicae legatus, quattuor-
primitus principalium synodorum numerosa canonum consti-
tuta. primum missus a scō & uenerabili sedis apostolicae pon-
tifice. gregorio iunioris a primo secundo. et gregorio a secun-
do iunioris. cum primo tertio uiro honorabili ob salutare.
doctrinae caelestis augmentum. am̄monuit conseruari; Et
quemadmodum in nicēna constantino augusto orbis monar-
chiam gubernante. arrianae euersa est perfidia blas-
phemiae. Et. c. l. patrum. theodosio seniore constantino-
polim imperante. congregatio quendam macedonium sp̄m
sc̄m dñm esse refutantem. condemnauit. Atq. ducentorum
episcoporum unitas sub iunioris theodosio apud effesinam
urbem aduentata. nestorium geminas in xpo personas p̄-
fitentem. acatholica iusto anathemate segregauit ecclesia.
Nec non et calcedonensis synodi. de xx sacerdotum. con-
uentio. eutacē constantinopolitanae urbis abbatem. et

15
dioscorum defensorem eius. catholicae fidei munitate re-
bellantes. iuxta praefinitam patrum sententiam anathe-
matizavit. Ita equidem apud franciam. omni funditus
eradicata hereticorum perfidia. & extirpata Iniquorum
coniuratione. legis diuinae augebantur incrementa.
& synodales generalium conciliorum canones recipiebant
synodalisq. spiritalis consilii episcoporum congregatio.
iuxta praefinitam authenticae constitutionis diffinitione.
pariter conueniebat, quae ob cottidianas bellorum suspi-
ciones. & infestam circum uallantium barbararum gentium
seditionem. qua extraneorum alieni franciam populorum
praedones. atrociter demoliri conabantur, uel minime
facta est. uel etiam tantae ^{erat} obliuioni tradita. ut omni-
penitus oblitata praesentium saeculorum memoria
iam nulla esset ratione cognita, Quia mundus inse-
cotidie naturaliter sui detrimentum diminutionis fatam
etiam recuperatus patitur, non renouatus quidem per
omnia suo euanescit dispendio. & ad praedestinatum an-
helanda finem festinat, Qua propter si quae in hac mor-
tali huius peregrinationis uita. ad communem in hoc mun-
do infirmantium profectum. ab spiritalibus medicina-
liter sunt comperta auctoribus, Etiam si quandoq. hu-
manis inserta fuerint mentibus. magna sunt munitiois
fortitudine. a catholicis conseruanda & praefixa mentis
immobilitate tenenda. ne uel obliuio humana abrepat.
uel etiam mundanae oblectationis inlecebrosa delectatio
diabolo instigante praepediat, Quam ob causam scilicet hic
dñi antistes hac sollertissime sollicitudinis cura inspi-
ratus. plebem a pestifera tortuosi serpentis persuasione
eripere curauit. Et carlomannum ducem ad congregandum
supradictum synodorum conuentum. sepiissime concitauit.
ut tam praesentibus quam posteris spiritalis scientiae sa-
pientia patesceret. & auersa animarum circumuentione
cognitio xpianitatis innotesceret, Cumq. quoddam

canonicae rectitudinis speculum. omnibus ad exemplum gradibus;
bene uiuendi opponeret. & euidentis cunctis ueritatis uestigium
oriretur. iam sibi suaeq. infirmitati longeuo aetatis senio
decrepitus. salubre exhibuit consilium. Et iuxta ecclesiasticae
dispositionis ^{normula.} pastorale populis praeuidit magisterium. ut siue
uiuente illo. siue etiam moriente. medicinali plebs pastorum
officio minime careret. & duos bonae industriae uiros ad or-
dinem episcopatus promouit. uillebaldum. & burgardum.
Eisq. in intimis orientalium francorum partibus. & baguariorum
terminis ecclesias sibi commissas. impertuendo distribuit. Et
uillibaldo suae gubernationis parrochiam commendauit.
in loco cuius uocabulum est haegsted. burgardo uero in loco qui
uocatur uir Zaburg. dignitatis officium delegauit. et
ecclesias in confinibus francorum & saxonum atq. sclauorum.
suo officio deputauit. & usq. ad gloriosum exitus sui diem inces-
santer arctam regni caelestis uiam plebibus patefecit. Cum uero
pippinus dno donante. regale francorum. felix supradicti germani
successor. regnum susciperet. Et iam aliquantulum sedante popu-
lorum perturbatione in regem subleuatus esset. Coepit anxius uota
dno deuota persoluere. Et synodalia confestim recuperare in-
stituta. ac canonica a germano suo. iuxta exhortationem sci boni-
fati archiepiscopi fideliter inchoata restaurare misteria. eumq.
habitu simul et honore praeferre. et suis in dno parere praeceptis.
Sed quia scilicet uir infirmitate corporis grauatus. synodalia conci-
liorum conuenticula per omnia adire non poterat. iam con-
sultu atque consilio gloriosi regis. idoneum proponere mi-
nistrum supra dicto regi definiuit. et lul. suum ingeniosae
indolis discipulum. ad erudiendam tantae plebis numero-
sitatem constituit. Et in episcopatus gradum prouexit. atq.
ordinauit. eiq. hereditatem. quam in xpo instanti adquisierat
labore implicauit. qui et fidelis in dno comes peregrinationis
eius erat. et testis utriusq. passionis et consolationis. Cum
autem seruum suum dns. de huius mundi uellet temptatione
eripere. et temporalis uitae tribulationibus subleuare.

Tunc etiam dno dispensante definitum est. ut ad fresiam
olim corpore. non quidem mente omissam. seruis di se cum
migrantibus perueniret. ut ubi primitus praedicationis stu
dium ingrechiens. praemiorum inchoauerat incrementa. etia
e saeculo rediens. sumptus reciperet remunerationis. sed miro
quodammodo uaticini praesagio. sequentem obitus sui diem
praedicto episcopo praenuntiauit. et quali mundum sine demum
relinqueret insinuauit. et per ordinem de ecclesiarum struc
tura. & populi doctrina proposuit. dicens; Ego enim proposi
tum pergendi iter complere cupio. ego me a desiderato pro
ficiscendi itinere reuocare non potero. lam enim instat reso
lutionis meae dies. & tempus obitus mei adpropinquat. lam
enim deposito corporis ergastulo. aeternae retributionis re
uertar ad brauium. Sed tu fili carissime. structuram in thu
ringea a me ceptam ecclesiarum. ad perfectionis terminu deduc;
Tu populum ab erroris de uio instantissime reuoca. tuq; ae
dificationem basilicae. inchoatae ad fuldam comple. ibidemq;
meum multis annorum curriculis corpus inueteratum perduc;
Hisq; completis sermonibus. adhuc ampliora huiusmodi addi
dit uerba; et ita inquit; ait; fili. tuo cuncta prudentis
simo prouide consilio. quae in hoc nostro sint usui itnere
copulanda; sed et linteum. quo meum decrepitum corpus inuoluatur.
in theca librorum meorum reponere. Cum enim praefatus
tantae quere lositatis antistes suspiria non ferens. sed sta
tim se in lacrimas dedisset. lam ser bonifatius finito conlo
quio ad alia rediit. & diebus non multis interpositis. accepto
se minime retraxit itinere. Sed sumptis secum conuiatorib;
naufm ascendit. ac per rheni fluminis alueum penetrans.
nocturna portuum nauigio exquisiuit loca. Donec aquosa fre
sonum arua ingrechiens. trans stagnum quod lingua eorum
dicitur ael mere. sospes peruentit. In faecundaq; diuino ger
mine litora inspiciendo circuit. Cumq; periculosum flumi
num marisq; et ingentium aquarum euasisset & discrimen. In
periculum iam sine periculo incedit. gentemq; paganam

fresonum uisita uir; quae inter iacentibus aquis. in multos
agrorum diuiditur pagos. Ita ut diuersis appellati nominibus.
Unius tamen gentis proprietatem portendunt. Sed quia lon-
gum est ut per ordinem replicentur. eos tantum denomine
denudare studemus. qui ad narrationis nostrae seriem uera-
citer proferuntur. ut et locus & lingua. relatae a nobis
beati uiri scimoniam aequaliter prodat. et quali hunc mun-
dum sine desereret aperiat. Per omnem igitur fresiam
pergens uerbum dñi. paganico repulso ritu. et erraneo
gentilitatis more destructo. instanter praedicabat. eclesi-
asq. numine confRACTO delubrorum. ingenti studio fabricauit;
Et multa iam milia hominum. uirorum ac mulierum. sed &
paruulorum cum commilitone suo coepiscopo eoban baptiza-
uit. quem ad subueniendum suae semlis aetatis infirmitaq.
fresonis iniuncto sibi episcopo. in urbe quae uocatur trehet
subrogauit. & presbiteris ac diaconibus. quorum haec sunt
nomina. uuintrung. et uualthere simul & aethelhere
sacerdotali presbiteratus officio praeditis. hamund. scirbald.
& bosa. leuitarum obsequio deputatis. uuac car. & gundaccer
illehere. & hatho uulf. monasteriali monachorum ordine sub
leuatis. Qui etiam in tantum uitae aeternae semen. cum scō
bonifatio late per populum diuulgantes. dño dō patrocinan-
te diffamauerunt. ut quibus iuxta apostolicae instruci-
onis normam. cor erat unum & anima una. una eademq.
et palma esset martirii. & remuneratio triumphi. Post
quam igitur fidei ut praediximus per fresiam inluxerat
splendor. et felix scis huius uitae adpropinquare & finis.
Iam quidem secus ripam fluminis quod dicitur bordne
quod est in confinibus eorum. qui rustica dicuntur lingua
ostor et uesteraeche. suorum tantum stipatus clientium nu-
mero. erexit tentoria. sed quia festem confirmationis neophi-
torum diem. & nuper baptizatorum. ab episcopo manus impo-
sitionis & confirmationis populo praedixerat. iam longe
lateq. disperso. ad propriam unusquisq. reuersus est domum.

ut secundam definitam sc̄i episcopi sententiam. uniuersi
 praedestino confirmationis eorum die praesentarentur ;
 Cum autem praedictus dies inluxisset. & aurora lucis orto
 iam sole prorumperet. Tunc etiam uersa uice pro amicis ini-
 mici. & noui deniq. uictores. pro nouiciis fidei cultoribus
 aduenerant. hostiumq. ingens incastra uibrantibus armis.
 astata ac scutata irruebat multitudo. Tunc repente ex ad-
 uerso pueri e castris profilientes. utriusq. se armis impetunt.
 Et sc̄os contra insensatum postmodum martires. furentis po-
 puli exercitum defendere gestiunt. Sed uir di statim audito
 tumultuantis turbae impetu. accito ad se clericorum clero.
 sumptis sc̄orum reliquis quas secum indefinenter habere
 consueuerat. et entomo procedit. & confestim increpando.
 pueris pugnae interdixit certamen dicens; Cessate pueri
 a conflictu. pugnae q. deponite bellum. Quo scripturae testi-
 monio ueraciter erudimur; et ne malum pro malo. sed etiam
 bonum pro malo reddimus; lam enim diu optatus ad dies.
 et spontaneum resolutionis nostrae tempus imminet. Confor-
 tamini igitur in dno. & permissionis suae gratiam gratanter
 sufferte. sperate in eum & liberabit animas uras. Sed & ad-
 stantes tam presbiteros quam etiam diacones. inferiorisq.
 uiros ordinis di subditos seruitio. patris admonens uocet;
 Viri fratres. forti estote animo. & ne terreamini ab his qui occi-
 dunt corpus. quo animam sine fine manentem necare non
 possunt. Sed gaudete in dno. & spei urae anchoram in eum
 defigite. quia ex tempore perpetuae reddet uobis remune-
 rationis mercedem. & caelestis aulae sedem. cum supernis
 angelorum ciuibus condonat. Nolite uos uana huius mundi
 delectatione subiere. Nolite caducis gentium adulationibus
 delectari. sed subitaneum hic constanter subit e mortis arti-
 culum. ut regnare cum xpo possitis in aeuum. 7 Cumq. tali
 doctrinae hortamento. discipulos ad coronam martiris affa-
 biliter incitat. Confestim furens super eos paganorum tu-
 multus cum gladius. cunctaq. militiae armatura irruit.

& felici scōrum cede corpora cruentauit, statimq. mortali
iustorum multata carne. tripudians gentiliū turba. uictri-
cem suae damnationis praedam arripuit. Castraq. depopu-
lans. manubias diripiendo impertuit. Sed & thecas in quib;
multa inerant librorum uolumina. & reliquiarum captas
abstulit. magna sedditatam auri argentiq. copia credens.
ad naues quibus cottidianus erat clericorum ac puerorum uic-
tus. & aliquantulum adhuc residuum eiusdem stipendii uinū
obserratis uterant uasculorum claustris asportauit, ac re-
pente ad amati comperto liquoris haustu. Coepit gulosam
uentris satiare ingluuiem. & uino madidum inebriare stomachū;
Tandemq. de acceptis praedae spoliis. Inito consilio. mirabili om-
nipotentis dī dispositione tractare. et qualiter non uisum quidem
aurum uel argentum. inter se inuicem disperteretur consulerent;
Cumq. prolixius de tanta pecuniarum aestimatione sermocinaret.
iam iamq. iurgiorum disceptatio exorta. & tanta discordiae
demum inimicitia inchoata. ut furore etiam uesaniae. Insani-
ens turba. in duas diuisa esset factiones; & ad extremum arma
quibus scōs antea martīres iugularunt. In seipsos crudeliter
pugnando uerterunt; Tunc itaq. maxima insipientis turbae
parte prostrata. iam qui super uixerant. ad lucrum animarum
uitaeq. damno aduersariis. qui sibi super
desiderato cupiditatis thesauro obsistebant. gaudentes cucurrerunt;
Et con fractis librorum repositoriis. etiam pro auro uolumina
& pro argento diuinae scientiae cartas repperunt; Sicq. pre-
ioso auri argentiq. pretio priuatq. codices quos inuenerunt. alios
per campi plantam. disperserunt. alios siquidem palūdum ha-
rundinō inferentes. alios etiam in diuersis quibusq. locis
abscondentes proiecerunt. Sed tam omnipotentis dī gratia. quam
etiam precibus scī bonifati. summi pontificis atq. martīris.
In laesi & intemerati. magno postea dilapso temporis spatio reper-
ti sunt. & ad domum in qua usq. hodie animarum profunt salutē.
a singulis quibusq. Inuentoribus remissi; Carnifices autem sup
aestimatae amissione pecuniae contristati. domum reuersi. maiōre

domesticarum rerum post trium inducias dierum damnum.
 sed et uitae dispendium. mortis recepta talione perceperunt.
 Quia omps mundi conditor ac reformator. ulcisci se uoluit
 de inimicis. Et fusum pro se scōrum sanguinem. consuetae mi-
 sericordiae zelo puniri. ac diu protelatae idololorum cultorib;
 iram. nouo recentis malitiae furore permotus publice ostendere;
 Cumq; in prouisa scōrum martirum temporalis interemptio
 exitu. per pagos ac uicos omnemq; prouintiam uolitaret. re-
 pente xpiani. corporali comperta martirum morte. maximā
 congregantes expeditionem exercitus. confinium terminos.
 prompti postmodum futurae ultionis bellatores expetunt;
 et reuoluta supradicta dierum supputatione. Infidelium sos-
 piter sed indeuotq; hospites aggrediuntur terram. ac paga-
 nos eis ediuerso obuiantes. ingenti strage prostrauerunt;
 Sed quia pagani primo. populi xpiani. impetui obsistere non uale-
 bant. In fugam siquidem uersi. magna etiam clade corruerunt.
 Et terga uertentes. uitam simul cum intestina eorum sup-
 pellectilib; & heredibus perdiderunt. Sicq; saluum xpiani.
 sup fatiosum tam uxoribus quam etiam filius. nec non seruis
 & ancillis depraedatis. ad propria redierunt; Itq; modo mi-
 rabili. ut superstites gentilium accolae. praesentibus contractis
 malis. aeterna potius tormenta. fidei fulgore inluminatq; deui-
 tarent. & praefati anastasis doctrinae documentum. quod eo
 uiuente renuenerunt. Etiam moriente. diuinae increpationis
 moderamine perterriti susceperunt; Corpus uero beati ponti-
 ficis. prosperis uelis uentorumq; flatibus. trans fretum quod
 dicitur aelmerae. sed & aliorum martirum post dies non multos.
 per ductum ad supradictam urbem. quae dicitur trehet. Ibiq;
 conditum ac sepultum. Donec amagontia religiosi & fideles
 in dno fratres. a lullo epō. successore quidem huius scī pontificis
 & martiris xpiani directi nauigio. ad perducendum beati uiri ca-
 dauer. ad monasterium quod eo uiuente construxerat. & secus
 ripam fluminis quod dicitur fultia situm est aduenerant; Quorum
 unus. qui & auctor itineris comitatusq; aliorum extiterat.

singularem sc̄imoniae. ac priuatam castimoniae. continentiaeq.
gerebat uitam nomine haddo. Cui priuatim praefatus praesul
legationis huius nuntium. sc̄iq. corporis aduectionem.
cum fratribus secum proficiscentibus imposuit. ut maior
sc̄ae reuerentiae uiro deuotionis impenderetur honor. & plu-
rimorum amplius testificatio. In his quae auditu uel uisu per-
ciperent praeualeret. Cumque honorabiles tam sc̄ae consoci-
etatis fratres. ad praedictam urbem peruenirent. tunc
quippe aliquantula eis obuiam populi erat congregata collec-
tio. eiusdemq. urbis praefecti. eis audientibus quem admodu
a glorioso rege pippino exiit edictum. Insonuit interdic-
tum. Et ne inde praedicti pontificis corpus amoueretur. indic-
tum est. Sed quia omnipotentis magis quam hominum con-
ualescit fortitudo. mirabile statim ac memorabile cunctis ad-
stantibus. angelica magis quam humana per actum cognitione.
auditum est miraculum. ecclesiaeq. cloccum. insignum amotionis
sc̄i corporis. humana non contingente manu commotum. Ita
ut omnes repentino timoris pauore percussi. maximo tremore
obstupuissent. & iusti huius reddendum esse corpus procla-
marent. Sicq. statim redditum est corpus. & a praedictis sc̄ae
recordationis fratribus. cum psalmis hymnisq. honorifice
ablatum. ac sine remigantium labore. tricesima obitus sui
die. per ductum est ad ciuitatem supra dictam magontiam.
miraq. d̄ni omnipotentis prouidentia factum est. ut uno eodēq.
die sine statuto praes^{di}inationis tempore. quasi ad statutum
praedestinationis diem. tam legati sc̄m deferentes corpus. quā
etiam de longinquis longe lateq. regionibus. multi uirorum
ac mulierum fidelium. ad tanti uiri mortis obsequia conuenerat.
Sed & supra dictus d̄ni antistes. tam uenerandae dignitatis suc-
cessor. qui regali illo tempore praesens erat palatio. huius
omnino ignarus causae. aduentusq. sc̄i corporis inscius. ad ci-
uitatem quam praediximus. uelut sub uno eodemq. horae mo-
mento peruenit. Tantaq. omnibus aliunde aduenientibus.
uel etiam eiusdem urbis ciuibus. & doloris incubuerat aestitia.

& gaudii exuberabat laetitia. ut etiam tanti perspecta
 pontificis temporanea morte corporis. & amissum carnaliter
 dolerent. & futurum sibi ^{suisq.} in posterum perpetualiter patro
 num crederent; qua propter geminis his causis existens;
 compuncti cordibus cum presbiteris ac diaconibus. omniq.
 gradu ecclesiastico. ad eum quem uiuens praedistinauerat
 locum perduxerunt. & nouo in ecclesia confecto sarcophago.
 ex more sepelientes posuerunt. Omnibusq. rite per actis
 redierunt. & fidei robore confortati. ad propria puenerunt.
 Sed in loco ubi scm̄ deposuerunt corpus. diuina deinceps bene
 ficia redundabant. & sc̄i uiri precibus. hi qui ad eundem
 diuersis infirmitatibus obsessi perueniunt locum. salubre
 tam corporum quam etiam mentium. remedium consequuntur.
 Ita ut alii iam toto corpore praemortui. peneq. per omnia ex
 animes. ultimum tamen interim exalantes sp̄m. pristinae
 redditi sint sanitati. Alii uero luminibus cecitate pressis.
 suum recipiant uisum. Alii quidem diaboli laqueis adstricti.
 etiam mente sunt capti. & insanientes animi postmodum de
 tinent integritatem. & pristinae dediti salutis. laudantes
 glorificant d̄m. qui suum dignatus est seruum. tanto
 munere decoratum ditare & honorare. & praesentibus
 ac futuris saeculorum temporibus. corusca miraculorum
 patefactione ostensa; quadragesimo peregrinationis eius
 anno reuoluto glorificare. ⁱⁿ quiete incarnationis d̄ni. dcc. lxxv.
 annus. cum indictione octaua computatur. Sedit autem
 in episcopatu annos xxxvi. menses. vi. & dies. vi. & sic
 ordine supra scripto. die nonarum. iun̄. martiri triumpho remuneratus migravit ad d̄m. Cui est honor & glo
 ria in sae cu la sae cu lo rum amen.

septingentesimus
 quinquagesimus quintus

**Qualit̄ in loco ubi martyrū sanguis effusus. ē. ecclesiae
 paritatum & ploratib; fons uiuus apparuit;**

E numeratis igitur beati uiri gestis. quibus in infan
 tia & pueritia t̄ adulescentia & iuuentute. aut
 etiam in senectute floruerat. ad ea quae post

emensam huius mundi metam. Et felicem uitae istius de-
cursum. mirabiliter annuendam mortalibus. beati uiri uitae
scitatem. dno cooperante peracta sunt redeamus; & memora-
bile quoddam miraculum populisq. imitabile. ad memoriam
reducimus. quod & a glorioso rege pippino. sicut ipsis sibi
referentibus. qui huic praesentes erant miraculo comper-
tum est. ad nos usq. per uenerabilem uirum. lul. episcopum
delatum est; atq. ita ipso nuntiante intimatum. Quod in lo-
co ubi quondam pretiosus sci martiris effusus esset sanguis.
Cum consilio plebis. atq. ingentis partis populi fresonum. struc-
tura cuiusdam tumuli propter immensas ledonis ac malinae
inruptiones. quae diuerso inter se ordine. maris aestum ocea-
niq. cursum sedat aquarum. diminutiones infusionesq.
commouent. ab imo in excelsum usq. construeretur. Super
quem denique. ecclesiam sicut postea gestum est. extruere
cogitabant. ac seruorum di. habitationem in loco eodem collocare.
Sed cum praefatum colliculi opus iam ex integro aedificaret.
& omne quippe aedificium ipsius structurae compleret. Quam
ad se reuersi quid incolae habitatoresq. loci illius. de insulsae
penuria lymphae. quae per omnem pene fresiam. maximam
tam hominibus quam etiam animantibus difficultatem gignit
inter se inuicem disputarunt. Tum demum unus dno mise-
rante. qui officium praefecturae secundum indictum glori-
osi pippini regis. super pagum locumq. illum gerebat.
& princeps ipsius erat operis nomine abba. sumptis secum
collegis. equum ascendit. accircum agrato colle tumuloq.
inspecto. repente cuiusdam caballus pueri. ex inproviso tan-
tum pedibus terrae impressis. ruinae penitus casuram temp-
tabatur. anterioribusq. humo infixis cruribus uolutabatur.
Donec hi qui agiliores sollertioresq. extiterant. descensus suis
praeproperis caballis. equum terrae inhaerentem extraher-
ent. Sed stupendum statim ac spectaculo dignum. his qui
aderant ostensum est ^{rat} miraculum. & limpidissimus extra con-
suetudinem illius terrae. fons mirae suauitatis. gustu in

dulcoratus prorumpibat. et per incognitos penetrans mectur
profluebat. ut mius iam maximus esse uideretur., Quo ob
stupefacti miraculo. exultantes atq. alacres domum reuersi.
ea quae uiderunt. plebibus deuulgarunt